



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Expenditur casus relatus in cap. Cum contingat. & cap. Licet mulieres,
eod. tit. in 6. §. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

Secundo dubitatur: an extendatur vis Iuramenti concessa in supradicta Authentica ad contractum donationis. Et videatur extendi non posse: quia minores prohibiti sunt donare, eorumque donationes ipsalida sunt. *Textus in leg. fin. veri. cum autem Cod. si maior factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit.* Sed Iuramentum illius Authentice non firmat contractum nullum, sed validum, ut nuper diximus. Ergo confirmat donationem. Ceterum verius censo, hunc contractum donationis iuramento firmari. Tum quia hic contractus donationis non est absolute inualidus, sed validus; esto possit beneficio restitutionis rescindi, si absque legitima causa inueniatur factus. Ut docuit Lessius *lib. 2. c. 18. dub. 1. num. 81.* Tum quia donatio est tacita bonorum renunciatio, quæ in cap. *quamvis pactum de pactis in 6.* Iuramento firmatur. Sic tenet plures referens Gutier. in Authentica *Sacramenta puberum n. 118. & segg. Sanchez lib. 6. de matrimonio disput. 38. num. 13.* Molina Iesuita *disp. 579. num. 32.*

6. Tercio dubitatur an excludatur minor iurans contractum à beneficio restitutionis concessio in lege 2. *Cod. si aduersus venditionem?* Breuiter respondeo, si simpliciter iurauit contractum, nequaquam excludi. Nam ob Iuramentum simpliciter factum vitium minoris tantum suppletur. Quocirca ut minor excludi possit à rescissione contractus ob lesionem ultra dimidium; hanc etiam rescissionem expresse excipere debet. Sic aliis relatis Gutier. Authent. *Sacramenta puberum numero 86. & frequentibus Antonius Gomez tom. 2. variarum cap. 14. numero 20.* Gregorius Lopez *leg. 6. tit. 19. partica 6. Gloss. per rason de menor edad Couarr. de pactis 3. p. §. 4. numero 6.* Molina *tract. 2. de iustitia disput. 579. num. 26.* Infrascripta autem læsa ratio vel nunquam censetur excepta, nisi per Iuramentum excipiatur: quia subintelligitur dolo facta. Sic Couarr. Anton. Gomez Gregor. Lopez *suprà, & Gutier. num. 92.*

7. Quarto dubitatur: an debeat minor certiorari de nullitate contractus, quem firmat, & de beneficio restitutionis; quod Iuramento renunciat?

Aliqui non contemnendi Doctores quos refert & sequitur Matienço *lege 1. titul. 11. Gloss. 8. numero 52. & leg. 9. tit. 3. Gloss. 1. num. 5.* Censent necessarium esse. Mouentur: quia nemo censetur remittere ius, quod ignorat; & quia iuramentum non extenditur ad incognita. Sed oppositum verius existimo cum Couarr. 2. p. §. 1. num. 4. Anton. Gomez *tom. 2. cap. 14. num. 18. vers. 5. extendit Gregor. Lopez leg. 6. titul. 19. partica 6. in Gloss. curasse Gutier. Authent. Sacramenta puberum num. 114. & segg. Molina Iesuita tract. 2. de iustitia disput. 579. num. 25. Sanch. lib. 3. summ. cap. 12. num. 29. sine.* Mouetor ea consideratione; quia firmitas huius contractus, & denegatio restitutionis non tam oritur ex voluntate iurantis; quam ex dispositione iuris ob iuramentum præstitum. Sed ut ius hanc firmitatem contractibus concedat, solum petit, quod minor iuret, contractum non contrauenire. Eo namque ipso decernit inuolubiliter contractum esse obseruandum. Ergo nulla specialis notitia nullitatis contractus, & beneficii restitutionis necessaria erat. Et confirmo ex *leg. si duo patroni §. idem Iulian. & in S. si quis iurauerit ff. de iureiurando* Vbi iuramentum alicuius facti extenditur ad omne ius resiliens ex facto. Sed ex contractu iurato resiliat, (iure sic disponente) quod iurans gaudere non possit beneficio restitutionis. Ergo quamuis illius beneficii notitia non habeat, asserendum est priuatum esse. Adde; eo ipso quo minor iurat contractum, cognoscit ob minorem ætatem contractum illum infirmum esse. Alias inutiliter, & frustra nec iuraret, si secluso Iuramento haberet contractus firmitatem. Et per hæc fit responso ad contrarium fundamentum.

8. Quinto dubitatur: an necessaria sit pubertas in minore ut contractum firmet? Negant plures grauesque Doctores censentes sufficere quod sit pubertati proximus. Sic Gregorius Lopez *leg. 6. tit. 19. partica 6. verbo maior.* Gutierrez Authent. *Sacramenta puberum numero 117.* Antonius Gabriel tom. 2. communium opinionum *lib. 19. quæst. 34.* Molina Iesuita *tom. 3. de iustitia tract. 2. disput. 579. num. 26. & alij relati à Sanchez lib. 6. de matrimonio disputat. 38. numero 15. & lib. 3. in Decalogum. cap. 12. num. 27.* Ducuntur argumento ducto ab sponsalibus, quibus accessit Iuramentum firma sunt, & in quibus malitia supplet ætatem. Ceterum verius est, desiderari pubertatem, ut contractus firmetur. Sic docent Fachineus *lib. 3. controuersiarum cap. 10.* Sanchez *loci allegatus.* Et inueniri apud ipsos. Ratio ea est præcipua: quia denegare in contractibus beneficium restitutionis minoris & Iuramenti relaxationem, est rigor maximus, qui non debet admitti absque manifesto textu, & ratione. At nullus est textus qui talem rigorem contractibus impuberum imponat; imò expresse omnes textus tam ex iure ciuili, quam ex nostro regno puberum irationem faciunt. Ergo contractibus impuberum hoc beneficium restitutionis denegandum non est. Quod adeo verum est, ut etiam impubes iuret non reuocaturum

Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars 111.

contractum, quem pubes factus iniecit, non censetur obinde hoc beneficium restitutionis sibi denegari, quia absolute non iurat post pubertatem, & ita tenet Gregorius Lopez *suprà & Sanchez illo cap. 12. num. 28.* Secus verò dicunt, & bene, si pubes factus iuraret contractum ante pubertatem irritum. Quia iam post pubertatem apponit Iuramentum, ratione cuius infirmitatem contractibus concedit. Neque aduersus hanc doctrinam procedit *Textus in cap. ex litteris, et seg. de sponsalibus.* Nam in sponsalibus non tam ætas quam intellectus spectatur; iusque ipsum disponit, malitia ætatem suppleri. Quod in minorum contractibus dispositum non inuenitur.

9. An verò hoc Iuramentum licet non confirmet contractum, obligationem in conscientia inducit? Pendet ex illa questione; an contractus impuberis obligationem naturalem pariat? Nam si vera est illa sententia, quæ affirmat (iure sic disponente) hos contractus omni obligatione carere; esseque omnino nullos; probabilius censo, Iuramentum non obligare. Quia nullus est textus, ex quo colligatur horum contractuum vitium nullitatis purgari. Quod est necessarium, ut Iuramentum illis appositum validum sit, & obligatorum. At si huiusmodi contractus validi sint in fauorem impuberis. Iuramentum illos firmans obligationem pariet; indigebitque relaxatione; quæ omnino concedenda est; eo solum quo ab impubere sit præstitum. Impubertas enim æquam relaxationis causam præbet, ac metus, ut bene aliis relatis docuit Sanchez *lib. 6. de matrimonio disput. 38. num. 17.*

§. V.

Expenditur easus relatus in capite cum contingat de Iuramento, & cap. licet mulieres eodem tit. in 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Statuitur littera textus.
- 2 Præmittitur, quid de alienatione fundi dotalis iure ciuili, vel canonico statutum sit.
- 3 Examinatur an decisio huius textus extendatur ad fideiussionem? Proponitur communis sententia.
- 4 Quid sententiam sit.

1. Innocentius tertius videns aliquas mulieres constante matrimonio alienationi rerum dotalium consentire Iuramento præstito de non contraueniendo; postea verò successu temporis soluto matrimonio alienationem velle rescindere, vitio contra leges factam, decreuit; ne via periculis aperiretur, tale Iuramentum sine vi & dolo præstitum seruari debere, quam decisionem Bonifacius VIII. in cap. *licet mulieres, de iureiurando in 6.* confirmauit, mandans Episcopis aliisque Ecclesiasticis iudicibus, ut censuris Ecclesiasticis compellant iudices seculares ad obseruanciam huiusmodi Iuramenti.

2. Pro cuius casus explicatione supponendum est iure ciuili omnem consensum à muliere constante matrimonio præstitum de alienatione rerum dotalium siue mobilium, siue immobilium, quæ æstimatæ non sunt æstimatione, quæ faciat emptionem, nullam esse, *lego Iulia ff. de fundo dotali. & lege vnicæ §. & cum lex, C. de rerum uxor. actione.* At Ius Canonicum in reuerentiam Iuramenti hanc nullitatem purgauit, & contractus validos reddidit; ut merito Iuramento firmari possint.

Consensus ergo mulieris in alienatione dotis facta à marito, vel à se facta ex consensu mariti, reuocari nullatenus potest Iuramento firmata; quin Iuramentum (iure sic disponente) excludit. Sic ex supradictis capitibus, cum sic disponat *cap. licet mulieres.* Tradit pleribusque exornat Gutierrez *de Iuramento confirmatorio coto cap. 1.*

3. Sed est dubium; an decisio huius textus extendatur ad fideiussionem; ita ut mulier pro alio intercedens, & Iuramento intercessionem confirmans maneat obligata sitae fideiussioni?

Pro cuius decisione suppono: Mulieribus interdicitam esse fideiussionem, siue susceptionem in se alieni debiti & nullam redditam, nisi fiat in instrumento publico, & coram tribus testibus. Habetur expresse, *leg. antiqua, §. ultimo, Cod. ad Velleianum.* At si facta sit fideiussio, seu alieni debiti susceptio ea solemnitate, valida est, & mulier obligata manet naturaliter, & ciuilitur; elidere tamen potest obligationem ope exceptionis Senatus Consulti Velleiani; nisi conscientia huius beneficii illud renouasset expresse. Sic ex communi sententia tradunt Antonius Gomez *tom. 2. variarum cap. 13. à num. 15.* Gutierrez *1. parte de Iuramento confirmat. coto c. 2.* Greg. Lopez *lege 2. & 3. titulo 12. partica 5.* Molin. Theologus *tract. 2. de iustitia disputat. 540. per totam.* Matienço *lege 9. titulo 3. de iustitia disputat. 540. per totam.*

lib. 5. noua collectionis. In fauorem mariti nunquam mulier fi-
deuere potest ipeccato iure regio Castellae lege 61. Tauri, qua
est 9. tit. 3. lib. 3. noua compilationis. Hoc supposito.

Communis sententia respondet, mulierem firmantem Iura-
mento fideiussorem, ita manere obligatam, vt nullatenus vt
posset beneficio Senatus Velleiani. Quia illud Iuramentum
purgat omne vitium, & imbecillitatem fideiussoris. Sicut in
contractu minoris, & alienatione fundi dotalis alienatio alio-
quin irrita Iuramento firmata manet ex dict. capite cum con-
tingat, & fortiori fideiussio, quae alienationi occasionem praebet.
Et praeterea hoc videtur decisum in cap. ex rescripto de
iureiurando, vbi mulier iurans fideiussorem compellitur
adimplere. Et ita tenet Couarruias cap. qu. misit pactum de
pactis 2. p. §. 3. num. 5. Antonius Gomez dicto cap. 1. §. num. 17.
Gregorius Lopez leg. 3. tit. 12. parte 5. verbo Sabida. Gutierrez
1. parte cap. 20. n. 2. & seqq. Molina Theologus disp. 540.
circa medium vers. illud est obseruandum. Fachineus lib. 2. con-
trouersiarum cap. 61.

Aliqui vero ex Doctoribus his censent, hoc intelligendum
esse, dummodo mulier conscia fuerit beneficii Velleiani, se-
cus si ignorans tale beneficium fideiussorem iurauerit, quia
iuramentum extendi non potest ad incognita, cap. veniens, cap.
quiritauallis de iureiurando, ac proinde neque ad renuncia-
tionem Velleiani ignorati. Sic Couarruias num. 5. Matienço
pluribus relatis lege 9. tit. 3. lib. 5. compilationis Gloss. 1. Aliis
vero Doctoribus nempe Gregorio Lopez Iachinco Gutierrez,
Molina & aliis apud ipsos haec limitatio non probatur; eo
quod Iuramentum vim certiorationis videatur habere; praeci-
pe cum sensus mulieris iurantis sit, se obligare ex parte sua
quantum possit.

4. Ego vero distinguendum existimo, de Iuramento ca-
dente super fideiussorem nullam ex defectu formae & solem-
nitatis requisitae, & de iuramento cadente super fideiussorem
validam. De Iuramento inquam cadente super fideiussorem
nullam, dicendum existimo; non solum non firmare contra-
ctum, sed neque obligatorium esse. Quia est de re vana & inu-
tili; & nullibi inuenitur fructuosa & vitiosa facta adueniente iu-
ramento. Iuramentum enim non purgat vitium formae & so-
lemnitatis requisitae in contractibus. At si Iuramentum cadat
super fideiussorem validam, validum erit Iuramentum, &
obseruandum; firmabitque contractum; dummodo in eo con-
tractu certiorata fuerit mulier Velleiani. Hanc enim notiam
tunc iure communi, tum Regio Castellae, lege 3. titulo 12.
partita 5. existimo requiri, vt Iuramento censetur firmatus
contractus, & beneficium Velleiani exceptum. Moueor: Quia
certioratio expostulatur pro forma. At Iuramentum non sup-
plet formam, vt multis allegatis docet Matienço lege 9. titu-
lo 3. libro 5. compilationis. Gloss. 1. num. 6. Deinde Iuramentum
sequitur naturam actus, cui adhaeret vt sunt iura vulgaria;
sed fideiussio; in qua expressè est renunciatum, est infirma, &
venit rescindenda ope exceptionis. Ergo iuramentum illi acci-
dens secundum fortitorem conditionem. Neque obstat alienationem
fundis dotalis firmari Iuramento; quia mulier certiorata
fuerit de nullitatis alienatione, cap. cum contingat de iureiurando,
quia nullibi haec certioratio expressè renunciatio
contractu. Neque item obstat Textus in capite ex rescripto.
In quo manifestam vim facit Gutierrez & Fachineus. Quia vt
constat ex Glossa eo capite verbo. Mulierem ea de causa cogebatur
implere fideiussorem. Quia non opponebat exceptionem
Velleiani. Adde fore fuisse certioratam de tali beneficio,
& renunciasse; tamen ex supradicto textu hoc non colligatur,
sicut nec contrarium.

§. VI.

Expenditur casus relatus in capite, quamuis
pactum de pactis in 6.

SUMMARIUM.

- 1 Statuitur littera textus,
- 2 Quid colligatur ex supradicto textu.
- 3 Aliqua vt certa supponuntur.
- 4 Iuramentum quo filij renunciare hereditatem non patri, sed fratribus non tenent si esset factum absque patris consensu, secus si ex illius consensu.
- 5 Debet Pater in tali consensu vsque ad mortem persouerrare.
- 6 Si Iuramentum praestes Patri de renunciatione facienda, an debeat praestare illam? Affirmant aliqui & qualiter sit intelligendum.
- 7 An haec renunciatio iurata ita firma maneat, vt non possit rescindi beneficio legis 2. Cod. de rescindenda venia-

tionem. Affirmant plures si maior sit viginti quinque annis.

- 8 Verius est oppositum, & sit satis quibusdam obiectis nonibus.
- 9 Quid si expressè Iuramento renunciasse beneficii legis secundae.
- 10 Qualiter supradicta intelligenda sint.
- 11 Renuncians opulentissima hereditati religionem ingrediens non potest allegare enormem lesionem, si dos competens Religionis concedatur.
- 12 Contractus ut dolo praestiti Iuramento non firmantur.
- 13 An hoc procedat in contractibus metu leui celebratis verius est procedere.

1. **V**T Iuramenti vis, & efficacia omnibus innoscet, in-
quit Pontifex quamuis pactum patri factum à filia, dum
nuptui tradebatur, vt dote contenta, nullum ad bona paterna
regulam habebat, improprie dicitur; si tamen Iuramen-
to non vi, nec dolo praestito firmatum fuerit, ab eadem om-
nino seruari debet, cum non vergat in aeternam salutis dispen-
dium, nec redundet in aeternum detrimetum.

2. Ex huiusmodi textu satis colligitur, leges civiles im-
probare huiusmodi pacta. Vt constat ex leg. pactum dotali,
Cod. de collationibus & leg. pactum quod dotali Cod. de pactis
leg. qui superstitus ff. de acquirenda hereditate, lege vitima
ff. de ius & legitimis hereditibus, lege, si quando §. illud Cod.
de inefficacia testamenti. Ea praecipue ratione improbantur
haec pacta; quia censentur exhortationibus parentum, potius
quam voluntate filiorum fieri. Verum si Iuramento firmatum
praesumptio inuoluntaria cessat; & vitium, quod alias habe-
bant illa pacta, purgatur.

3. Haec igitur filiorum renunciatio de legitima sibi compe-
tente fieri potest patri à filia vel aliis fratribus. Item fieri po-
test gratis, vel pretio accepto.

Cum textus loquitur de filia non debes intelligere ad solam
filiam dispositionem limitari; cum etiam in filio causa honesta
huius renunciationis intercedere possit, vt bene notauit ex
communis sententia Couarruias de pactis 3. p. §. 1. num. 1. Gutierrez
ibi verbo de filia, v. 4. Item procedit decisio etiam in filia
minori viginti quinque annis, & viginti duodecim; & etiam sub
patria potestate sit. Quia textus generaliter loquitur, & Iuramen-
tum hanc vim habet confirmandi minorum contractus ex
Text. in Authentica Sacramenta puerum. Sic Couarruias
dicto §. 1. n. 2. & §. 5. & Gutierrez n. 3. Deinde non requiritur ne-
cessario hoc pactum fieri dum nuptui filia traditur, nam etiam
fieri poterit ante vel post nuptias, dum religionem intrare vo-
luerit & ob alias causas sibi vitales. Couarr. §. 2. n. 2. Gutierrez
ibi num. 1.

4. Circa huiusmodi textum, ea praecipua est dubitatio; an
locum habeat in filia vel filio renunciantem hereditatem non
patri, sed fratribus; eamque renunciationem Iuramento confir-
mante? Respondeo negatiue. Si consensus patris abest. Quia
pactum de hereditate viuentis est omnino reprobatum, vt po-
te occasio captandi mortem, lege vitima Cod. de pactis, neque
vllibi inuenitur honestatum; ac proinde Iuramento confirma-
ri non potest. Sic Couarr. de pactis 3. p. initio n. 5. Fachineus lib.
8. Controuersiarum cap. 70. Gutierrez in cap. quamuis pactum
num. 2. Dices legem vitimam improbare pactum succedendi in
hereditate. Ergo non pactum renunciansi successorem? Res-
pondeo negando consequentiam. Nam renunciatio successio-
nis in fratrum fauorem, est fratribus successorem concedere
ac proinde est pactum de hereditate viuentis. Quod absque il-
lius consensu est omnino reprobatum.

Verum si ex consensu parentis haec renunciatio fiat iam cel-
lar ratio, ob quam lego vitima Cod. de pactis. Haec pacta prohi-
bentur; ac proinde confirmari Iuramento possunt. Sic Couarr.
& Gutierrez locis allegatis.

5. Solum est dubium; an in huiusmodi consensu debeat pa-
ter persouerrare, & renunciatio filij facta fratribus effectum ha-
beat? Couarruias de pactis 3. p. initio n. 8. in 4. & §. 5. casu. Du-
bium est, eo quod Iuramentum aliquam posse firmitatem con-
cedere pacto inito & valido. Sed contraria sententia proculde-
bio tenenda est; nempe sublatio consensu patris perire renuncia-
tionem, & Iuramenti obligationem. Nam illa renunciatio non
solum in fieri sed in conuetsari pendet ex consensu patris; eo
quod durante vita patris semper est in fieri; neque fortiter effe-
ctum quo vsque ipse pater est vita discedat. Subiatio ergo consen-
sus patris perire renunciatio; & obligatio Iuramenti, quae illi erat
accessoria. Sic aliis relatis docuerunt Antonius Gomez lege 22.
Tauri num. 31. Menchaca lib. 3. controuersiarum vltis sequenti.
c. 44. n. 23. Molina de Hispanorum primogenitis, lib. 2. c. 3. n. 4.
Gutierrez cap. quamuis de pactis num. 3. & §. 5.

6. Deinde dubitare potes; si Iuramentum praestes patri de
renunciatione facienda, obligaris eam praestare; ita vt Iura-
mentum relaxari non possit?

Affirmat Couarruias de pactis 3. parte. initio num. 3. quem
sequitur Molina Iesuita tract. de iustitia disp. 579. num. 17.
Moueor quia tale Iuramentum acquiritur etiam renunciatio-
nibus factae argumento legis si intra. ff. de pactis. Vbi ex promissione
liberationis

DE
CASTILIA
PALATINUM
MUSEUM